

4° P. lat. rec. 618

EPÆNESIS
Gratulatoria.

A D

PRAE STANTES
VIRTUTE, ATQVE DO-
CTRINA DOMINOS CANDIDATOS,
cùm pridie Idus Septemb. Anno M. D. XCV.
in Catholica & florentissima INGOLSTA-
DIENSI ACADEMIA liberalium artium
ac Philosophiæ suprema laurea, DOCTO-
RATVS videlicet, seu MAGISTE-
RII gradu, publicè conde-
corarentur.

SCRIPTA à
VARIIS AVCTORIBVS.



INGOLSTADII,
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA
DAVIDIS SARTORII.



AD DOCTISSIMUM
ATQVE ORNATISSIMUM IUVENEM
STEPHANVM MOLITOREM SCHON-
GANVM, Serenissimi Boiorum Ducis GVILIELMI &C.
Alumnum, inter CANDIDATOS
PRIMUM

Anagrammatismus.

STEPHANVS MOLITOR
PRIMVS HONOS LATET.

AVTHORE

ALBERTO MENZELIO INGOLSTADIENSE
BOIO, Philosophiæ Studiofo.

S*I quis (ut in specula) visu percurreret orbem;
Et varios hominum, multum sudante cerebro,
Conatus; studium flagrans; vigilesq; labores;
Cerneret hunc ferro, violentum tendere in hostem,
Hunc arte ingenua rerum depingere vultus,
Aut Themidos sacra, Sophiæne benigna sequentem
Castra, pererrantem calos, atque omnia mente.
Nec sine fine labor. merces quæ tanta labori?
PRIMVS in his, ac magnus HONOS LATET, ille per enses,
Per scopulos, per dura trahit, retrahitq; sequuntur.
Quæritur in libris, summisq; in montibus, cheu
Quæritur, inveniunt pauci, quibus abdita rerum
Nôsse datur; quorum tu maximus ille, latentem*

*Viribus Herculeis, ac docto robore, post tres
E densis Sophia latebris euellis, aristas,
Hunc tibi, cum nequeam dare munera, grator honorem.*



Epigramma eiusdem ad eundem.

E*N* Dea terrarum, cæli, terræq; magistra,
Iam tandem folio desilit alma suo.
Miror in occursum cuius, quò tempore tali?
Cum tellus flores perdat amæna sacros.
Fert lauros, fert ferta manu, sed pulchrius unum
Pra reliquis, rutilans, versicolorq; tenet.
Iam scio quò tendat, te quarit munere tanto,
Te vult pro meritis, condecorare suis.
Te primum pietas, te summa scientia primum,
Te Sophiæ laudes, hæc q; corona volunt,
Felix tam claro seroto, tam fortibus ausis,
Ingenio felix, eloquioq; graui.
Quid multis opus est, felix sic, atque beatus,
Transige Nestoreos, tempora longa, dies.



AD ORNATISSIMUM ET

Doctissimum Iuuenem JOANNEM PE-

RINGER Ingolstadiensem, Boium.

IOANNES KRAFFT INGOLSTADIENSIS,

BOIVS, Rhetoricæ Studiosus.

N*E*C cæpit modò nostra tuas obliuio laudes
PERINGERE, nouum Sophia decus addite castris,
Viuida quem virtus, atque ipse coronat Apollo,
Pieridumq; chorus modulis comitatur euntem.
Scilicet indignum est, ut virtus proxima Diuis
Laude sua spoliata cadat, nec gloria facti
Cantetur, tenebris sed concidat obruta densis.
Non ita, sed quemcunque manent sua præmia laudis.
Amphitryoniades hinc, quòd tot monstra ferarum,
Tartareumq; domans custodem in vincla trementem
Traxerit, haud villo meritò debilis æuo est.
Dux Anchisiades patrem per tela, per ignes
Eripiens, cui non fando peruenit ad aures?
Hæctora quis nescit? quis non cognouit Achillem?
Nescit enim in tacitis virtus latitare tenebris.
Annè igitur solum te, fama obscura recondet?
Qui per tot salebras, tot vasta per æquora vectus
Incolumnis, per tot segetes Sophia arma secutus,
Palladis arma Dea teneris miratus ab annis?
Non committam; sed siquid mea carmina possunt,
Nulla dies vnquam memori te hinc eximet æuo.
Quare age, matte animo iuuenis, spes magna tuorum,
Perge tuis factis superas volitare per auras.
Musa monet, fortuna fauet, victoria laudem
Spondet, & ipsa Iouis sacro Dea nata cerèbro
Ipsa lubens monstrabit, adhuc quo tramite eundum
I; sequere, haud dubites, pia numina cuncta iuuabunt.




AD EVNDEM
IOANNES SCHILIVS,
OLTINGENSIS, ALSATVS.



N quàm præclaro fecunda puerpera partu,
Quàm pulchra, insigni prole beatæ parens
Anglipolis: viden' ut reliquos proculemicet inter
Fratres, qui Sophia à nomine nomen habent,
PERINGER? viden' ut quasi quis Pandorus, honorum
Præ se & virtutum munera cuncta ferat?
Aspicis, ut mundam nigredine prorsus ab omni,
Quam pugil in Sophico puluere nactus erat,
Ostendet faciem? Anglipolis gratarier ista.
Iam sibi de prole, & plaudere iure potest.
Cui lucem, natale solum, incunabula prima
Infanti, plenoq; vbera lacte dedit.
Quem puerum tenero edocuit tolerare sub auro
Militiam, & doctæ Palladis arma Dea.
Quem iuuenem tandem insolito miratur honore
Conspicuum, titulo per celebremq; nouo.
Quare age, siste gradum, exoptatam carpe quietem.
PERINGER, patriæ gloria rara tua.
Oppressum refacilla animum, mentem erige, cursu
Membra triennali debilitata foue.
Perge decus semper decori, laudem addere laudi,
Exemploq; alios perge iuuare tuo.
Sic capiet nunquam vlla tuas obliuio laudes,
Nec tua lethæis fama feretur aquis.

Carmen



Carmen Hexametrum
AD DOCTISSIMVM
ET ORNATISSIMVM IUVENEM
IOANNEM BAYER
Rhainanum, Boium.

Scriptum à

IOANNE CAROLO STRAVBINGENSI,
SS. Theologiæ Studiofo.



*N*ec tu carminibus nostris indictus abibus,
Nec, quos es nactus, taciti linquentur honores.
Hand siquidem meritis priuari laudibus æquum est
Ingenio claros iuuenes, virtute decoros;
Artibus ingenuis, animi quoq; dotibus auctos
Eximius fama celebres, Sophiaq; Magistros.
Ex quorum numero cum sis dilectæ Sodalis,
Teq; tuumq; hodie tollam super athera nomen,
Et socius socio latus gratabor honores,
Te quibus Anglipolis latè notissima fama,
Inclita Boiorum vrbs, & inexpugnabile vallum;
Progignensq; viros virtutis & artis amantes,
Ornavit, post tot superata pericula vita,
Post varios casus, tot susceptosq; labores.
Namq; ex quo Sophia studium complexus es, inde
Nec segnis somnus, nec desidis otia vita,
Nec feruens æstas, multoque calore perurens,
Nec glacialis hyems, nec iniqua frigora bruma,
Nec curæ, vigiles nec te potuere labores

Abster-

*Abstertere, sed ardentis solius amore
 Accensus Sophia studiis, ex pectore toto
 Nauabas operam, Doctorum scripta legendo.
 Mollia dumq; alij peragebant otia lati,
 Ac celeri cursu labentia tempora lusu
 Fallebant, fessa & laxabant membra quiete;
 Semper Aristotelis studio tu dogmata summo
 Versabas, nec non veterum monumenta Sophorum,
 Inuigilans vni Sophia noctesq; diesq;
 Vnde ea cuncta sciens rerum tibi contulit amplam
 Notitiam, nexis contexta Sophismata nodis
 Soluere te docuit, natura inquirere causas
 Obscuras, docuit motus te noscere caeli
 Diuersos, & clara poli specularier astra.
 Insuper immortalalem animum, sine corpore mentes
 Aligeras, summumq; poli terraq; Monarcham.
 Iure igitur rerum tantarum praditus usq;
 Iure gradum Sophia tandem tentare supremum
 Ausus es, & summo merito cumularis honore.
 Maeste animo, post tot gemitus tristesq; dolores,
 Dona Magisterij, magni sudoris honores
 Accipe nunc magnos; doctrina debita sume
 Præmia, & his fulge ornatus, maioribus olim
 Laudibus, ut possis volitare per ora virorum
 Doctorum, nomenq; tuum celebretur ubique.*



Anagram-



Anagrammata duo

EX NOMINE ET
COGNOMINE DOCTISSIMI

DOMINI GASPARI THIERMARI,
PHILOSOPHIAE CANDIDATI, & C.
amoris ergo collecta

Per

TOBIAM SCHENLEBEN

SALISB. LL. STUDIO SVM.

GASPARVS THIERMARIVS.
HIAS PVRAM: ARTE SVRGIS.
HIS VIGES: PARTAM RARVS.



*MNIBVS est animus factis extendere famam,
 Supremoq; cupit quilibet esse loco.
 Vnde rapit multos ad duri prælia Martis
 Gloria, quos Mortis post fera tela necant.*

*Multis per terras, & per freta gloria multis
 Queritur, innumeris saepe refert a malis.
 Gloria quam tribuunt Musarum numina, sola
 Nescia lethæi gurgitis astra petit.
 Nec tamen illa datur, quæis segnis ducitur usq;
 Vita, sed immenso parta labore venit.
 Testis ades mihi tu GASPARE: volumina noctes
 Insomnes Sophia quot rapuere tibi?
 Donec ad optatam cursu contingere metam
 Laureolæq; comas est redimire datum.*

B

Sic

*Sic oneris comes est honor, & sic semper honorem
 Insignem magnum concomitatur onus.
 Ad PVRAM acer HIAS famam, fucosq; carentem:
 Hanc modò consequeris SVRGIS vt ARTEMICANS,
 HIS titulis, hac laude VIGES: defende, tuere,
 Et titulo felix utere, corde precor.
 Namq; tibi titulos Academia docta Magistri
 Tradit, Doctorem te Sophiaq; creat.
 RARVS qui PARTAM famam tueatur, & illam
 Ex humili studeat tollere ad astra loco.
 Tu quo cœpisti, THIERMARI, tramite perge,
 Atq; pari leges sedulitate lege.
 Tum, modò Aristoteles qui diceris esse: repenti
 Vel Caius mihi, vel Papinianus eris.*



CARMEN



CARMEN
 AD DOCTISSIMUM
 IUVENEM, IOANNEM
 RICHARDVM, VVEMBDIN-
 GENSEM.

AUCTORE

IOANNE PRANDELIO, LABER-
 VVEINTINGENSI, BOIO, EIVSDEM
 PHILOSOPHIAE CANDIDATO.



*VLTO's ad caedes rauco tuba Martia cantu
 Conuocat, heu multos auri scelerata Cupido
 Ire iubet captos varia in discrimina rerum.
 Viscera cunctipare hì terra merguntur in ima,
 Diuitis ut querant effosso nomen in auro.
 Illis nullus honos pacis; sed summa medullis
 Sanguinis humani flagrat sitis. Atq; voluptas
 Sic sua quemq; trahit, vita dum vescitur aura.
 Te tamen haud flexi mouet aris clangor acutus,
 Non Arabum merces; non, quas fert India, gemmas
 Curas, nec Durius nitidas quas voluit arenas,
 Splendidus atq; Tagus. Clarij vestigia collis
 Scandere clara iunat, rignum & potare liquorem
 Thespiadum. Dulce est Boias tibi querere Athenas;
 Non ubi vesano certatur Martes; sed Arte:
 Non ubi docta auro circum sed tempora lauro
 Cinguntur iuuenum. Tibi pagmata ponere clara,
 Bellando Sophicis armis, haec vnica cura est.
 Non satis est, libros tibi voluere luce diurna;
 Sed SOPHYs in Sophicis noctu vigilare palaestris.*



B 2

Incum-

*Incumbis repetens semper monumenta Sophorum,
Cunctarum es solitus solerti indagine rerum
Scrutari causas, ferri super aethera mente,
Inq̄ vices varias dum spicula dira duello
Olim vibrasti, cum lauos quasiit hostis
Conatus, ast hostem premens, certansq̄ subire
Dexter, non raro Sophicis tu victor in armis,
Hostibus euictis, es nactus clara trophaea.*

*Quare, ad sis RICHARDE, alia stipate caterua.
Digna brauia ferunt Phœbusq̄, nouemq̄ sorores.
Aestus quos retulit, retulit quos bruma labores
Per trinos annos, rescit facunda Minerva.
Telluris Sophica mandasti semina sulcis,
Iam tibi lata seges facundis flauet aristis.
Cernis, ut Aonides procedant ordine longo?
Laureaserta ferant? & lauro tempora cingant?
Harum vox diuersa sonat, vox est tamen vna,
Qua canit esse SOPHOS omnes, dignosq̄ brauiis.*

*Hos ergo accipias summos, quos donat, honores
Docta phalanx, qua te vocitat nunc lata MAGISTRVM.
Tandem est hæc requies Sophia suprema laborum.
Principium haud minus est, alias sectarier artes
Maiores, cura terra subducere puppim.
Ceruleam quatiat dextram Neptunus, & Eurus
Discordi flatu Musas inuertere tentent.
Tu modo carpe viam, parient hi nulla pericla.
Qui modo sustollit pontum, ultra littora, Triton;
Et modo discordi flatu ferus intonat Eurus,
Si mentem infractam cernent, tunc currere cursu
Felici faciunt nauim, ventosq̄ secundant.
Postmodum Erythraeis veniet signanda lapillis
Alma dies, dabitur latam tunc ducere vitam.*



Carmen gratulatorium

INSCRIPTVM
DOCTISSIMO IUVENI
IOANNI PRANDELIO, &c.

Ab

EDMUNDO HOLLYNGO,
ANGLO, MEDICINAE DOCTORE.



*Tratis æquoreis, nunc huc, nunc fluctibus illuc
Qua iactata diu est, Syrtes, scyllamq̄, charybdemq̄,
Euadit tamen, & cunctis erepta periclis,
In portu tandem placido tranquilla quiescit:*

*Et veluti, aethereis, qua multum flatibus arbor
Est agitata, imis fixa & radicibus hæret,
Ipsa tamen, tandem radice & robore firmo,
Vim superans venti, capit inconcussa quietem.*

*Sic tu, perpetuis curis, vigiliq̄ labore,
Continuis studiis, sophia licet æquore vasto,
Non secus, ac vario iactatus turbine rerum
Tres annos fueris, fueritq̄, agitata procellis
Mens tua non paucis, tamen hæc & firma remansit,
Et tu transmissis tetigisti gurgite portum.*

*Quare, ut Praceptor tuus, & pia turba sophorum,
Totaq̄, te festa hæc Academia luce coronat,
Afficit & nunquam qui sit periturus, honore,
Præmia tam multis condigna laboribus addens:
Sic, ego sincero tibi pectore gratulor, & cum
Te videas tantos frustra hæc cœpisse labores,
Vnâ etiam moneo, ut, nullo vnquam tempore ab ipsis*

*Desistas studiis, maiori at robore mentis
Maiores sectere artes, maiorem ut honorem
Acquiras, summi hoc faxit moderator olympi.*

Aliud ad eundem.

AVCTORE M. MELCHIORE
ZVLANDT, ACADEMIAE INGOLSTA-
DIENSIS BIBLIOTHECARIO.



*NGENI I quaesitus honos, demum ardua vincit,
Difficilis tandem finit honore labos.
Ardua conantem sequitur laus unica, nempe
Spina rosas condit, mellaq; condit apis.*

*Cernis, ut ingenij pregnans extollat ab suo
Se labor, atq; nouum det sine morte decus.
Cernis, ut optatos Sophicis versatus in aruis,
Tandem etiam fructus diuite falce metas.
Maeste tua ingenij multa virtute M A G I S T E R,
Laudis perpetuum nomen in orbe feres.
Tende etiam letus, quod te fors maior honorum
Virtusq; ad titulos, indole digna, vocat.
Perge, nihil virtus, nil gloria linquet inausum,
Quando etiam audentes ornat honore D E V S.*



CARMEN



CARMEN
AD VIRTUTE ET
ERVDITIONE PRÆSTANTEM
IUVENEM, IOANNEM HVEBERVM,
RIETTENBYRGENSEM.

AVCTORE
IOANNE RICHARDO,
VVEMBDINGENSI.



*NPER odorata spatior dum solus in herba,
Qua leuibus possem neetere, quaro, modis.
Ecce nouenarum subito adstitit vna sororum,
Et mea Pieria pectora spargit aqua.
Et quamuis primo noua me terrebat imago,
Ista tamen Musa versus adora loquor:
Quate, quaso, tenet fortis persuasio mentis?
Curue audes densum sola subire nemus?
Non pectus subiit, VIRGO, formido tenellum,
Ne fieres sana prada relicta fera?
Hac ego; Sic nobis respondit protinus illa:
Si quaris nomen, dicta THALIA fui.
Linquens Pierios fontes, Clariosq; recessus,
Sustinui horrendum Virgo subire nemus.
Scilicet ut curas, quas imo in pectore voluis,
Admonitu possis deposuisse meo.
Materiam quaris, faciendis versibus aptam,
Et trahit in dubium te vagus error iter.
Desine sollicita tua pectora ledere cura,
Ingenio causas, materiamq; dabo.
HVEBERVS clarij cultor studiosus agelli,
Et decus, & patrij fama futura soli.*

Quod

Quòd coluit sacras, didicitq; fideliter artes,
Sudoris capiet P R A E M I A magna sui.
Tempus enim venit, quo Phæbi castra sequuto,
Accinget doctum B A C C A secunda caput.
Scilicet ista viris debentur premia doctis,
Quamq; parit studium, gloria, parta bene est.
Ergò etiam ad meritos tua gaudia confer honores,
Hac est mandati summa, caputq; mei.
Hac ait, & dicto citius discessit in auras,
Assyrioq; fuit plenus odore locus.
Quid facerem? (neg. enim monitus contemnere Diva
Fas erat) astitit humeros grande premebat onus.
Ergò quòd studij, vigilatorumq; laborum
Præmia sis nactus, gratulor antè tibi.
Gaudeo, cum cuncta tibi vento cessisse secundo,
Pectora subsultant latitiag; noua.
Deinde precor, tales D E V S ut fortunet honores,
Fortunamq; velit nube carere tuam,
Deniq; quòd possis maiores carpere fructus,
Posthac Castalias dilige, ut antè, Deas.
Sic fiet, studiis ut quandam excultus honestis,
Ingens sis patry fama, decusq; soli.

F I N I S.